Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m Lucam Lectio octaua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Quia largiente domio miſ-
ſarum ſolennia ter hodie cele-
braturi ſumus: loqui diu de
euangelica lectione nõ poſſu-
mus. Sed nos aliquid vł bre
uiter dicere redemptoris no-
ſtri natiuitas ipa compellit.
Quid eſt ꝙ naſcituro domio
mundus deſcribitur niſi hoc
quod aperte monſtratur q꞉ il
le apparebat in carne qui ele-
ctos ſuos aſcriberet in eterni-
tate. Quo contra de reprobis
per prophetam dicitur Dele-
antur de libro viuentium: et
cũ iuſtis nõ ſcribant꞉ Qui bñ
etiã i bethleẽ naſcit꞉: bethleem
quippe dom⁹ panis interpretat꞉
Ipe nanqꝫ eſt qui ait Ego ſũ
panis viuus qui de celo deſcẽ
di. Locus ergo in quo domi-
nus naſcitur dom⁹ panis an
te vocatus eſt. quia profecto
futurũ erat vt ille ibi ꝑ mate-
riam carnis appareret qui ele
ctorũ mentes interna ſacieta-
te reficeret. Tu autem domi
ne noſtri miſerere D ℞. Bea
ta viſcera marie virginis que
portauerunt eterni patris fili
um et beata vbera que lacta-
uerunt chriſtum dominum.
Quia hodie pro ſalute mũdi
de virgine naſci dignatus eſt
℣. Dies ſanctificatus illuxit
nobis. venite gentes ⁊ adora-
te dominū Quia hodie pro
ſalute mundi. ⁊c. Scđm

Lucam Lectio octaua.
In illo tpe Paſtores lo-
quebantur ad inuicem Tran
ſeamus vſqꝫ bethleem ⁊ vide
amus hoc verbum quod fcm̃
eſt quod dominus oſtẽdit no
bis. Et reliqua. Omelia ve-
nerabilis Bede preſbyteri
Nato in bethleem domino
ſaluatore ſicut ſacra euangelij
teſtatur hyſtoria paſtoribus
qui in regione eadem erant vi
gilãtes vigilias noctis ſupra
gregem ſuum: angelus domi
ni magna cum luce apparuit.
exortumqꝫ mundo ſolem iuſti
cie non ſolum celeſtis voce ſer
monis: verumetiam claritate
diuine lucis aſtruxit. Nuſqꝫ
enim in tota veteris inſtrumẽ
ti ſerie reperimus angeloſ qui
tam ſedulo apparuere patribꝫ
cum luce apparuiſſe. ſed hoc
priuilegium recte hodierno tẽ
pori ſeruatum eſt quando ex-
ortum eſt in tenebris lumen
rectis corde miſericors ⁊ mi-
ſerator dominus. Tu autem
domine noſtri miſerere. Deo
gratias: ℞. Sancta ⁊ imma
culata virginitas quibus te
laudibus referã neſcio Quia
quem celi capere non poterãt
tuo gremio contuliſti. ℣. Be
nedicta tu i mulieribus ⁊ be-
nedictus fructus ventris tui.
Quia quem celi capere nõ ⁊c
Scđm Johannem Lectõ. ix.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN